

Apiarium Stramineum.

Sunt loca, qua monstrant Apiaria Stramine texta,
Sedula mella quibus dulcia condit Apis:
Qua saltus, sylvas, hortosq; peragrat amœnos,
Qui flores redolent, purpureasq; Rosas.
Hunc Rex inter Apes morem servare cupiscit,
Hinc qui Bieneri nomen & omen habet.
Hyblæ latebras nam Stramine texere tentas
Vivo, pro lubitu quò volet & revolet:
Quò tutò Veneris dulcissima mella recondat,
Tutò quò foveat pignora chara thori.
Involat atq; Rosam formosam, Stramine natam,
Stramine, quod totà claret in Urbe satis.
Hæc potior suboles, hæc certo tempore certè
Dulcia mella dabit, pignora chara dabit.
IOVA iuvet, quò sint Apiaria vestra repleta
Melle Dei Verbi, melleq; amoris. Amen.!IOVA iuvet, circum quò tecta Examina ludant,
Qua referunt Patris, oraq; Matris. Amen.!IOVA iuvet, quò felices vivatis in ævum
Hic, & ibi cæli tecta petatis. Amen.!

Ita ioco-seriò ludebat
& vovebat.

M. Sebastianus Hommel Chemnic.
in patria Diaconus,
Anno, quo

Christophorvs Bienervs Roslnam Strœern DVXIIt.

Strœerner